

Vg
5690

Fr. 47.

50



REFORMATIONEM
D. LUTHERI
DIVINATIONIBUS ET OMINIBUS
PRÆNUNCIATAM,
OSTENDIT

M. JOH. CHRISTOPH. *Stange* /
PHIL. CIVIL. & ELOQV. P. P.

LEUCOPETRÆ,
Ex Officina Brühliana.





Ugurandi facultatem divino beneficio accepisse animum nostrum, omnis retro antiquitas credidit, idque luculentissimis documentis professa est. Nullam certe memorabilem vel Rerumpubl. vel Religionis mutationem interris contigisse arbitror, quam non multorum animus, sagacissimus futurorum augur, longe ante præsenferit, & non obscure prædixerit. Ut intra suos se fines contineat hoc meum institutum, ea saltem memorię prodeire animus est, quæ arduum illud Religionis negotium antecesserunt, quod D. Lutherus, invictus cœlestis veritatis vindex, Dei subnixus auxilio, suscepit, & superatis omnibus difficultatibus, feliciter tandem confecit. Ubi primas quidem tenere scio, quæ sancti utriusque fœderis Vates instinctu afflatuque divino de salutaris hac doctrinæ Evangelicæ emendatione prædixerunt, verum cum sacrorum antistites hæc sibi vendicent, non immerito ab hoc foro excluduntur; præsertim, cum præter hæc non pauca præsto sint ejusdem argumenti monimenta. Sive enim locum, unde, dissipatis tenebris, nova hæc Evangelii lux exoriri debebat; sive tempus, quo excussa è mentibus hominum caligine, suis se Deus patefacere decreverat; sive personam, cui id negotii datum esse, postea vidimus; sive ipsa doctrinæ cœlestis capita, quæ censura indigebant, spectemus: unum quodque horum satis clare prænunciatum esse constat. De loco ex Abrahamo Sculteto Lætus in Compendio Hist. Univers. refert, præclaram extare divinationem: *Wittebergam cunctas alias Germaniæ Academiæ luce sua obscuraturam.* A quo parum sane differt, quod notus ille præco, D. Fleck, in sacra & solenni Oratione, quam in auspiciis hujus Academiæ habuit, vaticinatus est, fore, inquit, *ut totus orbis Christianus ab albo hoc monte sapientiam accipiat.* Tempus quoque Reformationis non obscure prædixit Johannes, Episcopus Misnensis, qui, cum auro venales venias sua è diœcesi exterminasset, easque denuo à Johanne Tezelio vendi audivisset, paulo ante obitum clara voce exclamavit: *Hunc ultimum fore indulgentiarum institorem.* Sed propius rem tetigisse videtur Johannes Hilten, Isenacensis Franciscanus, cujus ipsa quoque confessionis nostræ Apologia mentionem facit. Hic enim annum Domini M. D. XVII. divinum Heroem daturum esse auguratus est, qui & voce & calamo, pu-
rio-

riorem doctrinam defensurus sit. En annum, quo Theander no-
ster certis divulgatis propositionibus, felicissimum reforman-
dæ Ecclesiæ initium fecit! Quæ à Jacobo Pruno, Ulmensi
Siderum interprete, & Hieronymo Savanorola prædicta le-
gimus, consulto prætermitto; quanquam, quod personam
Reformatoris attinet, hujus omnino meminisse me oporteat.
Nam Carolo VIII. Gallorum Regi, has partes à Deo datas
esse credebat, hinc ad eas suscipiendas modis omnibus illum
solicitabat, gravissimas pœnas, si detrectaret, eidem com-
minatus. Bello Rex occupatus Neapolitano, & victoriam
per Italiam arma circumferens, Romam tendebat cum e-
xercitu; Ubi maxime memorabile est, quod *urbis & arcis A-*
drianæ muri, devotionis quasi signum daturi adventanti Regi, sua sponte
conciderint. Sed rebus infectis domum reversus Carolus, fili-
um, quem habebat unicum amisit, & paulo post, sicuti Sa-
vanorola prædixerat, ipse quoque repentina morte extinctus
est, nondum reparata pristina Religione. Alius ergo erat,
quem divino huic operi reservaverat Numen. Et, si rebus
quoque inanimis, sensuumque ministerio destitutis, præfagi-
endi facultatem tribuere fas est, quod Virgilius lib. X. *Ænei-*
dos v. 177. fecit, quando præfagi fulminis meminit; nomen
quoque Reformatoris nostri Deum aperuisse certum est. Fri-
dericus enim Barbarossa, in Carinthia templum extructu-
rus, statuam reperit lapideam, Monachi speciem præben-
tem, cujus vertex ita erat insignitus: LUTHERUS. Taceo
ego, quod alii dixerunt, è Fodinis metallicis Islebiæ vivas
quasi Lutheri imagines effossas esse. Sic tacentibus homi-
nibus lapides loqui oportet. Doctrinam, in integrum resti-
tuendam, quam plurimi aperte prædixerunt. Quid ipse
Augustissimus Imperator, Maximilianus, ad disputationem
Lutheri contra indulgentias dixerit; Quæ species per somni-
um oblata sit Gloriosissimæ memoriæ Electori, Friderico sa-
pienti; Quid Johannes Husus, quid Hieronymus Pragensis,
Vesselius, Geilerus, Proles, Staupitius, alique hanc in rem re-
liquerint, id passim tradiderunt Historici. Singula mihi per-
sequi non licet, pauca etiam de omnibus referre cupienti.
Hæc vero meditati cœlum quidem & terra sua mihi deferunt
portenta; sed quid tanto opus est circuitu, ubi ad rem imprimis
pertinentibus non locus est. Num quis credet, sine omine con-
tingisse memorabilem illam pontis Tiberii ruinam, qua plus-
quam quingenti homines, ad Jubilæum, à Nicolao V. institu-
tum, festinantes, submersi sunt, & misere interierunt. Audia-
mus aliud, nec forte minoris momenti. Johannes XXIV. Ro-
mæ celebrabat Synodum, componendi dissidii causa, quâ
tunc

8
19. 5091

tunc Romana Ecclesia laborabat; Hem portentum! *ignavus bubo*, *dirum illud mortalibus omen*, quæ Maronis de ferali bestia sententia est, advolat, mediæ templi trabem occupat, & coniectis in Pontificem M. oculis, salutanti similis, tam horrenda voce interstrepit loquentes, ut solvere consilium cogentur. Cogebatur aliud Concilium Constantiæ, sed non meliori fortuna; Nam post hymnum: *Veni S. Spiritus*, charta in templum projecta est, in qua Scriptum: *aliis rebus occupati nunc adesse vobis non possumus*. Cum Romæ Leo X. Anno M. D. XVII. Reformationis auspiciis celebri, solenni & magnifica pompa duo detriginta purpuratos crearet, subito turbulentissima, fulmine & tonitru mista, tempestas oriebatur, & fanum, in quo conveniant, gravi ictu percutiens, imagunculam Jesu pueruli è gremio statuæ Mariæ Virginis, & claves è manibus Petri tanta violentia disjiciebat, ut amplius non repertæ fuerint. Hæc quo valuerint, quidve portenderint, penes te sit judicare, Lector benigne, mihi aurem jam vellicat is, cujus gratia hoc quicquid est, deproperavi. Bonæ indolis, optimæque spei civis ille est Reip. nostræ Literariæ, JOHANNES LAURENTIUS HOLDERRIEDERUS, Leucopetra Misnicus, Viri Plurimum Reverendi & Amplissimi, DN. M. JOHANNIS HOLDERRIEDERI, ARCHIDIACONI ET FIDELISSIMI, ET MERITISSIMI Filius. Qui sicuti, paternæ virtutis & dignitatis æmulus, digno amore hæcenus amplexus est humanitatis studia, ita & veram Religionem, unicum & immortale Christianorum bonum, semper plurimi fecit. Cumque *AUGUSTA VINDELICORUM*, illustre illud Orbis Christiani ornamentum, optimique parentis sui patria, locus ille sit, cui & nomen & incrementa debet publica fidei nostræ Confessio, fieri aliter non potest, quin & huic & Illust. ac Generos. Duumviris & *Patriciis Augustanis*, *FUGGERIS*, *WEISSIS*, *WELSERIS*, *STETTENIS*, *AMMANIS*, *KOCHIS*, *SULZERIS*, *LANGENMANTELIS*, & *HERWARTIS*, (loci ordinisq; neglecti veniam petimus, utriusque ignari) quotidie bene precetur, se suæque studia, qua par est animi submissione, iisdem commendans. Reductis igitur felicissime VII. Cal. Quintilis, quibus hæc nostra doctrina in Comitibus Augustanis proposita, perque totum terrarum Orbem disseminata fuit, tam divini beneficii memoriam grata mente recolere, & crastino, cum Deo, die H. L. Q. C. de *AUGUSTANA CONFESSIONE* Orationem habere decrevit dictus Musarum nostrarum ædificator. Quo verò magis magisque in studio bonarum artium excitetur, Summorum Meccænatum, Patronorum, Fautorum, Commilitonumque perquam gratam præsentiam mecum exoptat, & à quovis eorum decentissime sibi expetit. PP. d. xxviii. Jun. A. O. R. M DC XCIX.


vus
ia
on-
nda
ur.
or-
um
obis
na-
tri-
e &
ne-
re-
nta
læc
Le-
hoc
ivis
DER-
li &
RI,
uti,
nus
, u-
imi
hri-
ille
on-
rof.
VEL-
EN-
am
fua-
nen-
bus
que
ficii
die
N E
ais
rti-
au-
iam
oi

ULB Halle
004 954 351

3







Ugurandi facultatem divino beneficio
accepisse animum nostrum, omnis re-

non obscure præd
meum institutum,
arduum illud Reli
Lutherus, invictus
xilio, suscepit, &
tandem confecit.
utriusque fœderis
ri hac doctrinæ Ev
rum cum sacrorum
rito ab hoc foro ex
non pauca præsto
enim locum, unde,
exoriri debebat; si
num caligine, suis
nam, cui id negotii
næ cœlestis capita, q
quodque horum fat
co ex Abrahamo Sc
refert, præclaram e
Germanie Academies
fert, quod notus ill
ratione, quam in a
tus est, fore, inquit
sapientiam accipiat.
re prædixit Johanne
nales venias sua è d
hanne Tezelio vend
exclamavit: *Hunc*



lit, idque luculen-
professa est. Nul-
lem vel Rerum-
mutationem inter-
, quam non mul-
acissimus futuro-
te præsenferit, &
es contineat hoc
re animus est, quæ
ferunt, quod D.
Dei subnixus au-
tatibus, feliciter
e scio, quæ sancti
divino de saluta-
rædixerunt, ve-
cent, non imme-
um præter hæc
momenta. Sive
æc Evangelii lux
mentibus homi-
erat; sive perso-
; sive ipsa doctri-
ectemus: unum
e constat. De lo-
io Hist. Univers.
ergam cunctas alias
parum sane dif-
ra & solenni O-
abuit, vaticina-
ab albo hoc monte
onis non obscu-
ni, cum auro ve-
que denuo à Jo-
itum clara voce
institorem. Sed

propius rem tetigisse videtur Johannes Hilten, Isenacensis
Franciscanus, cujus ipsa quoque confessionis nostræ Apolo-
gia mentionem facit. Hic enim *annum Domini M. D. XVII.*
divinum Heroem daturum esse auguratus est, qui & voce & calamo, pu-
rio-

